



## PROOEMIUM.

**CIRCULATIONIS SANGVI-**  
**NIS** *bistoriam*, ævo nostro, & nomi-  
natim quidem, Doctissimis Viris, *Wa-*  
*lao & Bartolino*, maximè deberi, ut gra-  
tâ mente recolere decet; Ita ulterior,  
scientifica, hujus negotii cultura, & luculentior par-  
tim *explicatio*, partim *applicatio*, nobis utique, suc-  
cessoribus in Medica Arte & Doctrina, incum-  
bit, cum Inventis facilius semper sit aliquid adde-  
re, quam ignota illa primò in lucem protrahere,  
atque perscrutari.

Quid hucusque, in negotio hoc, melius  
*explicandi & applicandi*, Motum hunc *Progressivum*;  
Humorum, præstitum sit, tantò minus placet  
ostendere, quantò magis, meas observatiun-  
culas jactare velle, fortè videri possem: In-  
terim certum id utique, & *verum* est, quod non  
satis pensitatum artificium *Pulsus* seu *Motus San-*  
*guinis uniformis*, ab intrà extrorsum, magnum

A illud